



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Ioviani Pontani. De Aspiratione Libri duo. Charon
Dialogus. Antonivs Dialogus. Activs Dialogus. Aegidivs
Dialogus. Asinvs Dialogus. De Sermone Libri Sex. Belli,
Qvod Ferdinandvs Senior ...**

Pontano, Giovanni Giovano

Venetiis, 1519

P. Summontius Suardino Suardo. S.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12960

Nequa in re non felix Iouianus Pontanus haberetur, contigit illi Suardine Suarde, ut te quoque amicum haberet. Nā (quæ tua est ex antiqua nobilitate generositas) mortui famæ ita consulisti, ut maiora inter uiuos officia uix optanda uideantur. Omitto quo uiuū semper studio colueris, utque illius Vraniam paulo ante ipsius obitum una cum Meteoris Hesperidum hortis, atque Eclogis quam emendatissime Venetijs edendam curaris. Idem postea, uix audita eius morte, neque precibus, neque adhortationibus, non etiam pecuniæ modum ullum fecisti, donec nos ad excidenda hic deinceps reliqua paratos iam, ac cinctosque uideris. Quo fit, ut tibi non parum debitori sint, quicunque absolutam hanc quamprimum editionem uidebunt. Nam post hæc quæ de Sermone Aristotelico more scripta sunt, postque Historiam belli Neapolitani, quæ duo non dum omnino auctore ab ipso eliminata, quodque miserabile magis sit, non dum suis omnibus ornata præmissis, ita ut erant suasi tuo præmissimus, insequentur statim qui reliqui sunt in philosophia de fortuna, ac de immanitate libri. Demum uero ultimo quasi partu res astrologicæ, quod unum superest, in lucem prodibunt. Vale.